



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

105. An subditi Ordinario gaudeant consuetudine exemptorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

## QVÆSTIO CIV.

Statuta & consuetudines dicæcæsis, an etiam vigeant in locis exemptis.

**M**inimè latè Roland, conf. 53, vol. 3, Ang. conf. 243, num. 2. Hieron. Gonzales de mensib: & alter. Episcop. glo. 43, nu. 185. Hinc fuit responsum, quod posterius testamen- tum in loco exempto conditum, derogat priori condito in dicæcæsi. secundum for- man literariam, aut consuetudinem dicæcæsis Rol. d. conf. 53. Ang. de conf. 243. Est. &c. gravide offic. ord.

## QVÆSTIO CV.

Subditi ordinario an gaudeant consuetudine exemptorum,  
**N**emquam. Quia ejusmodi non sunt trahenda in consequentiam, nec ad alia loca, aut perfonas extendenda. I. si verò §. de viro ff. sol. matr. l. quod verò ff. de le- gib. DD. l. I. C. si Mulier sec. nups erit Peck. de testam. Comulg. lib. 5. cap. 7. nu. 3 vers. ad pa- rentes.

## QVÆSTIO CVI.

An regula Cancellariae de non tollendo ius quæstum habeat locum  
in exemptione?

**R**egula Cancellariae XVI. sic se habet: Item ne quis per varias, quæ pro com- missionibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, iustitia postpo- nur, idem Dominus noster decrevit & declaravit, sive intentionis fore, quod de- incipit per quamcumque signaturam, seu concessionem pro commissionibus hu- julmodi per Sanctitatem suam, vel de ejus mandato faciendam, nulli sibi ius quæ- sum quomodolibet tollatur. Haec tenus verba regulæ, iam quartiur, an dictæ regu- læ sit locus in exemptione? esse locum, nec tolli exemptionem per quamcumque Papa signaturam, decidit Rota in una Casar Augustana exemptione de anno 1594. Junij 13. coram Reverendo Orano, ut videlicet apud illustissimum Seraphinum de- cis. 682. Dicton enim quomodolibet in Regula apposita, includit ius etiam quæstum ex privilegio iuxta decis. Mohed. 82. Farinac. decis. 711. nu. 1. quod & notavit Ioannes à Chokiet Frater meus, in notis ad d. reg. in fin. quod tamen fallit in gratis, quæ sui natura

Ecc